



8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES  
EX TIT. DIGEST.

QVAE IN FRAVDEM CRE-  
DITORVM FACTA SVNT, VT  
RESTITVANTVR:

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA,  
PRAESIDIO CLARISS. CONSVLTISSQ;. VIRORVM  
D.Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D.Ioannis Hol-  
landt, SS.LL. Licent. Dictatoris, & Fisci, in cele-  
berrimo Coloniae Agrippinensis iuri-  
dico Collegio, defendere  
conabitur

GERARDVS MYLANDER.

*Anno Domini MD. XCII.  
die IX. Kalend. Ianuar.*



COLONIAE AGRIPPINAE Ff  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

85

THESE  
FACULTATE

CONGRATULAMUR  
SICUTI

QUI DIVINA  
SCIENTIA  
POTESTATE  
DIGNITATE  
DIGNISSIMUS  
ET DOCTISSIMUS  
SACRILEGUM  
SACRILEGUM

GERARDVS MYLANDER  
MAGISTER  
SACRILEGUM



COLLEGIUM AGRIPPAE  
FACULTATIS THEOLOGICAE  
SACRILEGUM



## CONTINUATIO.

**H**actenus de missionibus in possessionem bonorum debitoris, de quibus creditorum inter se privilegijs, & prerogatiuis: quia verò debitorum possessionem, aut distractionem bonorum metuentes, fraudulentis alienationibus creditores prauertere solent; his improbis machinationibus rescindendis, actionem Praetor edicto pollicetur.

l. 1. & l. aut 10. in prin. Cuiac. & VVesemb. in parat. h. t.

## THESIS I.

**A**ctio haec Pauliana à Paulo Praetore dicta, (a) ex actionum in factum (b) genere, est personalis (c) in rem scripta, (d) directa, & quandoque utilis; (e) quâ creditores, quicquid debitor in fraudem ipsorum, (f) ex bonis suis (g) verè (h) alienauit, reuocant.

(a) l. videamus 38. §. in Fauiana 4. de usuris. Brand. & VVesemb. in parat. h. t. (b) l. 10. §. annus 18. l. hac in factum, vbi glos. & Bart. h. t. l. pen. C. cod. Dd. in l. 2. C. si in fraudem patris. Mynf. in §. item si quis, Instit. de action. nu. 8. Cuiac. in parat. h. t. & 7. obs. vlt. (c) arg. l. is qui à debitore, 9. h. t. l. 1. §. haec actio. si quid in fraud. patroni. VVes. & Dd. in d. §. item si quis, (d) arg. d. l. 10. §. penult. & d. §. item si quis (in verb. petere) vbi Theoph. VVes. Mynf. nu. 52. & Dd. (e) l. quod autem 6. §. pen. d. l. 10. §. si quid, l. si pignus 18. h. t. Oldendorp. cl. 6. act. 1. (f) l. 1. & t. ff. & C. q̄ in fr. cred. (g) d. l. 6. §. proinde 2. l. bonorum 49. de V. S. nō alienis d. §. 2. the. 4. (h) l. 14. in verb. dominia. h. t. nā ficta alienatio ipso iure nulla est, l. nuda 55 de cōtrah. empt. l. sicut, 8. §. superuacuum. quib. mod. pig. sol. Ias. in d. §. item n. 7. Schn. 53.

### I I.

Per alienationem omnem intelligimus deminutionem, (a) tam incorporalium, (b) quàm corporalium rerum; quauis ex causâ, etiam fauorabili & privilegiatâ, vt libertatis, (c) dotis, (d) pia causâ, (e) factam.

(a) l. sed si in fin. qui & à quib. manum. l. 1. §. 2. l. 3. l. 4. h. tit. (b) d. l. 1. l. 3. l. 10. §. si cui. §. preterea, l. hac in factum, h. t. (c) l. si quis, 15. & ibi Zas. h. t. l. in fraudem, & tot. tit. qui & à quib. man. libertas tamen, vt potè cōtra l. Ael. sent. data, ipso potius iure, respectu creditorum, nulla est, §. 1. Instit. quibus man. non lic. vbi VVes. l. 27. qui & à quib. l. non dubium. C. de ll. Cuiac. in l. quum is, 8. qui & à quib. tract. 3. ad Afric. (d) l. 2. C. cod. l. 10. §. si cum mulier, l. hac in factum 14. h. t. (e) arg. c. locupletari, de R. I. in 6. & arg. à dote ad piam causam, l. cū is, 32 §. si in ea. de condict. indeb. l. orphanotrophos in prin. vbi Bald. C. de episcop. & cler. Euerard. in loc. legal. à dote ad piam causam.

### I I I.

Nec refert, committendo fiat; (a) velut, traditione, (b) obligatione, (c) debitoris liberatione, (d) pacto, (e) & c. an omittendo; (f) put à si quid pro derelicto habeat, (g) si à debitor non petat, vt tempore liberetur, vel ad iudicium non adsit, (h) vel litem mori patiat, aut vsum fructum, seruitutem vè non vtendo amittat. (i)

(a) d. l. 3. & 4. (b) d. l. 1. §. 2. d. l. 3. & §. item si quis, Instit. de actio. l. 1. & 2. C. cod. l. bouem. 42. §. si cum. de ædil. edict. (c) d. ll. & l. 10. §. praeterea 22. cum seq. l. 6. §. apud. l. 14. h. t. (d) l. 1. in fin.

in fin. l. 10. §. si cum 14. l. omnes in prin. cum seq. h. t. l. alienationis. de V. S. (c) l. debitor 21. l. 1. in fi. VVef. in parat. nu. 10. (f) l. 3. in fin. cum seq. h. t. l. qui non 121. de R. I. Zas. in l. 1. nu. 8. h. t. (g) l. sed et si 5. h. t. (h) d. l. 3. §. 1. l. 1. §. quid si 7. si quid in fr. patr. (i) d. §. 1. d. l. 4. h. t.

#### IIII.

*Alienare autem non dicitur, qui, cum posset, non id agit, ut adquirat; (a) ut, qui conditioni non paret, ne committatur stipulatio; qui hereditatem, vel legatum repudiat; (b) qui heredem institutum filium emancipat, vel seruum hær. institutum alienat; (c) item qui fideicommissum ante diem, vel non deducta quartâ restituit, (d) aut qui usuras futuris temporis remittit. (e)*

(a) l. 6. h. t. l. non fraudantur 134. de R. I. l. alienationis 28. de V. S. (b) d. l. 6. §. 1. l. 1. §. vtrum 6. si quid in fraud. patr. (c) d. l. 6. §. simili 3. §. si seruum 5. modo ne fraus in serui alienatione lateat, d. §. 5. vbi Zas. num. 6. (d) l. parrem, 19 cum seq. h. tit. l. si postulante 67. §. 1. ad SC. Trebell. l. 1. C. ad l. Falc. Zas. in d. l. patrem (e) l. Modestinus 23. de donat.

#### V.

*Præter alienationem, præcisè fraudem debitoris, (a) fraudisq; euentum (b) requirit prætor. Attamen relictum vltimâ voluntate, (c) præterquam libertatis legatum, (d) etiã cessante fraude reuocatur.*

(a) d. §. item si quis, Inst. de act. rubr. & tt. ff. & C. Quæ in fraudem cred. (b) l. 10. §. 1. l. si quis 15 h. t. l. 1. in fin. de statulib. VVef. in parat. nu. 9. (c) l. primo gradu 23. in fi. l. 1. §. alienatio. si quid in fr. patr. l. vlt. §. præsertim, verl. & si præfatam, C. de iure delib. ratio in l. 1. §. is qui. ad SC. Trebel. (d) l. si quis 15. d. l. primo gradu h. t. §. in fraudem, Inst. quib. man. non lic. l. in fraudem 10. & 11. & c. qui & à quib.

#### VI.

*Creditorum ergo hi soli reuocant, qui utroq; modo, scil. consilio, euentuq; circumscripti sunt: (a) qui alterutro tantum, minimè. (b)*

(a) d. l. 10. §. 1. & §. præterea, d. l. si quis 15. (b) arg. l. etiam. §. quanquam soluto matr. l. Fulcinius, §. aduersus quib. ex caus. in pos. Zas. in d. §. præterea. Ias. in d. §. item si quis nu. 7.

#### VII.

*Hinc & post commissam fraudem superuenientes, reuocandi ius non habent: (a) nisi pecuniâ eorum priores creditores dimissi essent. (b)*

(a) d. l. 10. §. 1. d. l. si quis. h. t. l. 1. C. de iure fisci, lib. 10. arg. l. qui cum 9. in fin. de transact. (b) d. §. 1. vbi Zas. nu. 4. l. nisi 16. h. t. l. 2. de cess. l. si vtri. 24. §. vlt. de reb. aut. iud. poss. Myns. d. §. item si quis. nu. 36.

#### VIII.

*Creditorum latissimo significato accipimus, quibus ex quacunque obligatione, (a) modo efficace, (b) debetur; etiam in diem, vel sub conditione. (c) Conditionalis tamen creditor in hoc tantum agit, ut securus sit eueniente conditione. (d)*

(a) l. si cum 16. §. 2. qui & à quib. man. l. creditorum 10. cum duab. seqq. de V. S. l. sed vtrum 14. de hær. pet. Dd. in d. §. item. Schneid. nu. 22. Myns. 33. (b) l. si is cui 94. §. Flavius, de solut. d. l. creditores, §. quod turpi de inutil. stipul. (c) l. cum is 8. l. si cui 16. §. pen. l. in frau. 27. qui & à quib. l. is cui 42. de oblig. & act. Excipe tamen legatarium conditionalem, d. l. in fraudem, Cuiac. 10. obs. 32. & tract. 3. ad Afric. in l. 8. qui & à quib. (d) d. l. si cui.

### IX.

*An is qui hypothecariam habet, ad huius actionis praesidium confugere queat, controversum inuenio: ego affirmantium subscribo sententia.*

Glof. in l. debitor 21. vbi & Zas. arg. l. 2. C. de reuoc. his quæ in fr. patr. Donel. in §. item si quis nu. 10. cum seq. Inst. de action.

### X.

*Tenantur hac actione precipuè hi, in quos facta est alienatio: & quidem, si titulo oneroso, ita demum, si fraudem participauerint; (a) non omnibus, sed his tantum, quos fallere cum fraudatore destinauerim (b) ex delicto: (c) si lucratiuo, etiam detracta fraudis scientia (d) ex quasi contractu. (e)*

(a) l. 1. l. quod 6. §. hoc edictum, cum seq. l. ait 10. §. quod 2. c. cum seq. l. is qui 9. h. t. l. 1. de doli except. (b) d. l. 10. §. praterca, cum seq. vbi Zas. (c) arg. l. item exigit, de dolo. Mynf. in d. §. item si quis in fraudem nu. 51. Oldendorp. clas. 6. act. 1. (d) l. pen. C. eod. d. l. 6. §. simili 11. §. pen. l. omnes, §. Lucius, d. l. 10. §. vlt. h. t. Schneid. in d. §. item si quis n. 44. c. cum seq. (e) Mynf. & Oldend. d. loc.

### XI.

*Vnde dote in fraudem creditorum data, vxor tenetur indistinctè: (a) maritus non aliter, quam si doli sit conscius: (b) quia hic titulo oneroso, illa lucratiuo habet (c)*

(a) l. vlt. §. si à focero vers. at si neuter Zas. in l. hac in factum, h. t. Schneid. d. loc. nu. 22. d. l. hac in fact. d. §. si à foc. l. 10. §. si c. mul. er, vbi Zas. (b) d. ll. (c) d. §. si à foc. arg. l. pro onerib. C. de iure dot. l. quod in vxor. C. de neg. gest. l. Iulianus 47. mandati. l. ex promissione 19. de oblig. & act. Schneid. d. loc. nu. 32.

### XII.

*Emptor soluendo ei, quem decepit, statim liberatur à reliquis venditoris creditoribus, quos decipere in animum non induxerat. (a) At si post motam litem tandem offerre velit, respuere fraudatus poterit, (b) & solidum (c) ab eo exigere; in hoc, vt quod se dimisso superest, reliquis creditoribus cedat. (d)*

(a) l. 10. §. praterca sciendum h. t. th. 10. (b) si velit, nam non cogitur t. t. C. vt nemo inuitus, (c) l. 10. §. quid ergo vbi glof. & Zas. quia & reliquorū iam interesse cœpit, arg. l. debitor, §. vlt. de separat. & morā delictum quodammodo geminauit emptor, arg. l. item 14. §. in hac 3. quod met. caussa. (d) arg. d. l. debitor, & sic illi consequuntur per alium, quod ipsi per se consequi non poterant, fac. l. si post mortem. de bon. posses. contra tab.

### XIII.

*Ex creditoribus, si quis iniquè consecutus sit debitum in edictum incidit; vt, si, vel ante solutionis diem; (a) vel bonis iam à creditoribus possessis (b) exegerit; vel etiam ante possessionem nimia cupiditate extorserit, aut per gratificationem obtinuerit: (c) nam hisce casibus ad ratam cum reliquis reuocatur; illo representationis commodum prestare compellitur. (d)*

(a) l. 2. l. ait 10. §. si cum 12. l. omnes 17. §. vlt. h. t. fallit hoc in fideicommissi restitutione thes. 3. idque ob fidei exuberantiam. Zas. in l. patrem h. t. (b) l. 6. §. sciendum, vbi Bart. & Zas. l. 10. §. si debitorem, h. t. (c) d. l. 2. d. l. pupillus, vbi Alciat. l. si non 6. §. quod ergo 19. de reb. aut. iud. pos. in vtraque Zas. (d) cit. ll.

*Eadem*

XIV.

Eadem ratione, si quis pignus in vetus creditum, in necem reliquorum creditorum acceperit, ad restitutionem, hac actione, tenetur.

l. 6. §. apud 6. l. 10. §. si cui 13. vbi Zas. l. cum in. 22. h. t.

XV.

Sed nec fauor, aut priuilegium minoris, (a) militisvè, (b) revocationi officit: Aded, vt pupillum titulus onerosus non defendat, (c) dūmodo doli, & per atatem particeps esse potuerit, (d) & de facto fuerit. (e)

(a) l. quod 6. §. si quid cum pupillo. vbi Dd. l. ait 10. §. ait h. t. (b) l. eum is 8. qui & à quib. l. in fraudē in prin. de mil. restam. (c) d. l. 6 §. si quid, vbi Zas. qui & in d. §. ait h. t. (d) quod est, si pubertati proximus sit, l. pupillum 112. vbi Dec. de R. I. l. impuberem 23. de furtis, l. excipiuntur 14 de SC. Silaniano, (e) neque enim doli capacem ætatis ignorantia iuuare potest, d. §. si quid.

XVI.

Tametsi præcipuè rei persequendæ causâ (a) hac actio in eum detur, qui à fraudatore quid obtinuit: tamen & in fraudatorem ipsum (b) qui ita alienauit, vt res non adpareat, datur ad pœnam, (c) & quidem carceris, (d) siuè etiam ad id, quod post excussionem adquisiuit. (e) In debitorem autem doli expertem, post cessionem, (f) & bonorum venditionem, (g) in id tantum actio datur, quod facere potest.

(a) l. vlt. §. si à focero h. t. (b) l. 1. in prin. h. t. (c) l. vlt. in fin. h. t. l. 3. stellionatus. Oldend. elaf. 6. act. 1. (d) arg. l. 1. C. qui bon. ced. pos. glos. in d. l. vlt. & in §. item si quis in fraudem. Inst. de act. in verb. petere. Zas. in d. l. vlt. Cuiac. 12. obs. 5. (e) l. 10. §. pen. h. t. arg. l. si quis dolo. de re iudic. l. pen. de iure dot. glos. in d. l. vlt. Cuiac. d. loc. Schneid. in d. §. item, vbi citat Dd. (f) §. vlt. Inst. de action. l. 4. & 6. de cession. l. vlt. C. h. t. (g) l. 7. de cession. l. vlt. C. h. t.

XVII.

Datur heredi, & contra heredem, (a) singularemq; successorem, si modò & hic fraudem participauerit. (b) De eo tamen, quod defunctus alienauit, cessat actio, si creditores heredis fidem, vel dulcedine vsurarum, vel aliâ ratione secuti sint. (c)

(a) l. 10. §. vlt. cum l. seq. h. t. arg. §. non autem 2. Inst. de perpet. & temp. act. (b) l. is qui 9. l. 10. §. pen. vbi Zas. l. hac in factū h. t. (c) l. ait 10. §. si quid in fraudem, §. si ex constitutio- ne 17. vbi Zas. h. t. l. 1. §. illud 10. de separation.

XVIII.

Actor in hac actione probare debet; rem in bonis debitoris fuisse, (a) & in fraudem consilio, (b) & euentū fuisse alienatam. (c) Fraus quia directo probari nequit, (d) ad signa exterioraq; indicia confugiendum. Quæ licet leviora sint, quam vt per se singula fidem faciant; conglutinata tamen duo plurave plenè probant. (e)

(a) d. §. item, l. 1. in fin. l. omnes 16. h. t. (b) vide thes. 5. (c) d. §. item Inst. de actio. l. quoties 18. §. qui dolo, l. patronus, de probation. l. 1. & 2. C. h. t. (d) quia ea in animo consistit. (e) Bart. in l. post contractum nu. 2. C. de donat. Myns. in d. §. item nu. 30.

XIX.

Talia sunt, si debitor, qui scit, se soluendo non esse, facultates suas atterat: (a) si vniuersa bona, (b) si clam, (c) aut in propinquum (d) transferat; item si iusto minoris res precio



*fas vendat: (e) si emptor post denunciationem à creditore factam, (f) aut si per interpositam personam emat. (g)*

(a) l. si quis 15. vbi Bart. h. t. l. semper 23. qui & à quib. Straccha in tract. de decoct. part. 3. nu. 34. (b) l. omnes 17. §. Lucius, vbi Zas. idem & post gloss. in d. §. item si quis. (c) argu. l. non existimo, de admin. tut. l. vlt. de ritu nupt. (d) l. data 27. C. de donat. l. pen. §. 1. de bon. libert. (e) arg. l. per diuersas 22. vbi Bald. C. mandati, l. illud, §. sed et si. de tribut. act. l. si debitor, cum seq. h. t. (f) l. 10. §. si quis particeps, vbi Zas. & Bart. h. t. (g) l. pupillus, §. sed si per. & ibi Bart. de aut. tut. Dd. in §. item si quis in fraudem, Inst. de action.

## XX.

*Euentus excussione bonorum debitoris palam fit: quæ ad hoc procedere debet istud iudicium; (a) aut saltem ad exceptionem rei conuenti, illicdè interponi. (b)*

(a) l. 10. §. 1. h. t. l. 1. vbi glo. l. penul. C. cod. §. item si quis Inst. de action, vbi V Vef. auth. præsentè, C. de fideiuss. auth. hoc si debitor, C. de pignor. Cuiac. in parat. C. cod. Dd. in d. §. item, (b) arg. l. si rem 9. §. vlt. de pignor. act. Nicol. Euerardi in loc. legal. ab ordine, nu. §. Mynf. d. §. item. num. 46.

## XXI.

*Venit in hanc actionem omnimoda (a) (pro modo scil. restantis debiti) (b) rei cum sua causâ, (c) & qualitate, (d) in pristinum statum restitutio. (e) Quid si emptor rem aliq. bona fide ementi vendidit? Tenetur adhuc ad solidum precium. (f)*

(a) l. videamus, §. in Fauiana, de vsur. l. omnes, h. t. (b) l. 1. C. si in fraud. patroni, argum. auth. & qui, C. de bon. auth. iud. in d. §. item si quis. Mynf. num. 44. Schneid. 77. Faber 25. (c) d. l. 10. §. per hanc 19. §. præterea 22. argu. l. 2. §. restituas 43. ne quid in loco pub. (d) d. l. 10. §. si conditionalis 23. arg. l. 43. in fin. de iure dot. (e) d. §. item si quis, l. 10. §. si cum mulier, §. præterea 22. l. omnes, l. hac in factum 14. Zas. in l. 10. §. annus, num. 19. (f) l. is qui 6. vbi Zas. num. 3. l. vlt. §. si à focero, vers. sed si prius h. t.

## XXII.

*Fraudis tamen ignarus; (a) item hæres, (b) nõ amplius, quàm locupletiores facti sunt, aut ne sint, dolo fecerunt, (c) restituere coguntur.*

(a) l. quod autem 6. §. simili 11. cum seq. vbi Zas. nu. 2. Schneid. d. §. item nu. 44. l. 10. §. ait §. h. t. nisi quod paterfam. ex fraude filij, vel serui, etiam ipse ignorans peculio tenus, & si quid in rem suã versum, tenetur. l. 6. §. simili 12. l. si pater h. t. (b) d. l. 10. §. vlt. cum l. seq. arg. l. 7. §. 1. de pos. l. in honorarijs, de obligat. & act. l. 5. de calumniatorib. l. quod diximus, §. vlt. quod metus caus. (c) l. ait, §. hæc actio h. t. l. 2. de vi & vi arm. l. qui dolo 131. l. parem 150. de reg. iur.

## XXIII.

*Fructus, (a) qui alienationis tempore terra cohaeserunt, (b) nec non qui post litem contestatam percepti sunt, aut percipi potuerunt, (c) in restitutionem veniunt.*

(a) l. videamus 38. §. in Fauiana 4. de vsur. l. 10. §. per hanc, vbi Zas. (b) l. vlt. §. non solum h. t. Costal. in l. fructus 44. de rei vendic. (c) d. §. non solum, d. §. per hanc Mynf. d. loc. nu. 17. non etiam medij temporis, d. §. non solum.

## XXIV.

*Vsura autem non aliter veniunt, quàm si in stipulatum deductæ sint, (a) aut ex natura contractus debeantur. (b)*

(a) d. l.

(a) d. l. 10. §. præterea 22. l. videamus, §. in Fauiana de usuris. Zas. in d. §. præterea. (b) ut sunt bonæ fidei contractus, d. l. videamus, §. si actione, l. mora. §. bonæ fidei. de usur.

## XXV.

*Huius omnibus restitutis nec portionem præcij retinere potest emptor, nisi tamen nummi soluti in bonis exstarent debitoris. (a) Sumptus autem necessarios, (b) & creditorum, fideiussorumq; inssu factos, (c) quosque sine rei læsione tollere potest (d) deducet, antequam restituere cogatur.*

(a) l. debitor 7. l. ex his 8. l. 10. §. pen. h. t. l. i. C. de præscript. 30. vel 40. annor. (b) d. l. 10. §. per hanc (c) d. l. 10. §. idemque. (d) glos. in d. §. per hanc, l. domum, §. C. de rei vendic.

## XXVI.

*Terminatur Pauliana anno (a) utili, (b) quo experiundi potestas fuit; ex die factæ venditionis. (c) Tametsi ad id, quod ad aliquam lucro peruenit, aut obstante dolo non peruenit, perpetua sit. (d) Si etiam ad restitutionem actionis temporariæ agendum sit, ad eius vitam restringitur Reuocatoria. (e)*

(a) l. i. & 10. in princ. h. t. arg. l. in honorarijs 35. de oblig. & action. (b) l. quod autem 6. in fin. Zas. in l. i. nu. 5. (c) l. i. in princ. d. l. 6. §. vlt. d. l. 10. §. annus, vbi Accus. f. h. tit. l. i. & pen. C. cod. V. Ves. in parat. b. t. n. 12. (d) l. 10. §. hæc actio. vbi Zas. d. l. in honorarijs, Dd. in d. §. ite si quis, (e) d. l. 10. §. si conditionalis h. t.

## CORONIS.

*Cui res hac actione euicta est, regressum ad suum autorem non habet.*

l. ait prætor 25. de bon. aut. iud. pos. l. qui res 98. §. diuersum, de solution. l. vlt. §. si à soc. hoc tit.



153255

AB: 153255

(X2203998)


K





*De legibus et constitutionibus Imperatorum*





THESES  
**X TIT. DIGEST.**  
 VAE IN FRAVDEM CRE-  
 DITORVM FACTA SVNT, VT  
 RESTITVANTVR:

VAS DIVINA FAVENTE GRATIA,  
 AESIDIO CLARISS. CONSVLTISSQ;. VIRORVM  
 Ioannis Michaelis Cronenburgeri, & D. Ioannis Hol-  
 andt, SS. LL. Licent. Dictatoris, & Fisci, in cele-  
 berrimo Coloniae Agrippinensis iuri-  
 dico Collegio, defendere  
 conabitur

**ERARDVS MYLANDER.**

*Anno Domini MD. XCII.  
 die IX. Kalend. Ianuar.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
 EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.



85

